ZUSAMMENGESETZTE HANDSCHRIFT: HRABANUS MAURUS. TURGOTUS DUNELMENSIS. PS. ORIGENES. HERIGERUS LOBIENSIS. RATRAMNUS CORBIENSIS. IOHANNES CASSIANUS

12. Jh. Seite 73r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36524
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

quia omne quod in mundo est concupiscentia carnis et concupiscentia oculorum
et superbia uite que non est ex patre sed ex mundo est et mundus pertit
et concupiscentia eius. Qui autem fecit uoluntatem dei manet in eternum. fastidi
unt quoque sci uniuersa in quibus mundus iste uersatur. sed impossibile est ut non ad ea
breui cogitationum rapiantur excessu. nullusque eiusdem nec hominum ex
cepto domino et saluatore nostro naturale puagationem mentis ita defixus
semper in diuina contemplatione etiamsi uinculum aliquod abeat rapit mundane cuius eique
rei dilectione peccatum. dicente scriptura. Sydera ipsa non sunt munda
in conspectu eius et cetera. Sunt sciis suis non confidit et in angelis suis rep
perit prauitatem suae ut etiam dominor translatio habet. Ecce in sanctis eius
nemo immutabilis et celi non sunt mundi in conspectu eius. VIIIII.

Recte quoque sanctos quorum memoria in stabilitate retinentes quasi per extremas in
sublimi funiculi suspenso ferunt incessu. secnobatis quas uulgo fu
nambulos uocant. dicere comparandos quorum summa sue salutis ac uite
angustissimo funiculi illius tramite collocantes. atrocissima se mor
te pensis incursuros esse non ambigunt. si et exigua pes eorum turbatione
deuiauerit aut modici illius salutaris directionis excesserit. Qui dum arte
mirifica aereos gressus per inania molliunt. si illam angustiorem uestigio
semitam non cauta atque sollicita moderatione seruauerint. ita que om
nibus uelut naturalis est basis et solidissimum cunctis ac firmissimum firma
mentum fit illis presens ac manifesta principes. non quia illius natura mutetur
sed quia illa ad ea percepti carnis pondere dilabuntur. ita et illam inde
fessa illa dei bonitas immutabilisque substantia. ipsa quidem nemine
ledit. sed nos declinando a summis atque ad ima tendendo nobis ipsis
et scissimus mortem. immo ipsa declinatio mors efficitur declinantis. Ve
nium inquit eis quo recesserunt ame. uastabuntur quo peuaricati sunt
in me. et cetera. Ve eis cum recessero ab eis arguit namque te malicia tua.
et auersio tua increpabit te. Scito et uide quia malum et amarum est
reliquisse te dominum deum tuum. funiculis namque peccatorum suorum unus
quisque constringitur. de quos satis competenter ad nostro increpatio illa di
rigitur. Ecce uos omnes accendentes igne accinctis flammis ambulate
in lumine ignis uestri et in flammis quas succendistis. et cetera. Qui